



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Suum quoque testimonium nobis hic commodant Judaei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

festivitates vestras; & non capiam odorem  
cætuum vestrorum. Quod si obtuleritis mibi  
holocausta & manera vestra, non suscipiam;  
& vota pinguium vestrorum non respiciam.  
Aufer à me tumultum carminum tuorum, &  
cantica lyra tue non audiam: & revelabitur  
quasi aqua judicium, & justitia quasi torrens  
fortis.

Zach. 11. 9. Et dixi, Non pascam vos:  
quod moritur, moriatur; & quod succiditur,  
succidatur.

Malach. 1. 10, 11. Quis est in vobis qui  
claudat ostia, & incendat altare meum gra-  
tuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit  
Dominus exercitum, & munus non susci-  
piam de manu vestra. Ab ortu enim Solis  
usque ad occasum, magnum est nomen meum  
in gentibus; & in omni loco sacrificatur, &  
offertur nomini meo oblatio munda, quia ma-  
gnum est nomen meum in gentibus, dicit  
Dominus exercitum.

Suum quoq[ue] I. SACRIFICIUM juge, aliaque sacrificia omnia abolitum iri, præter lau-  
testimonium nobis hic cō-  
modant Ju-  
dei.  
Matth. 12. 8.  
Prop. 9. c. 28.

Sabbathum ab eo solvi posse, qui Dei præcepta tradit hominibus. Unde fateri eos  
necessæ est, merito de se Jesum Christum predicasse, Filium hominis dominum esse  
Sabbathi. Traditur libro eodem sublatum iri ciborum discrimina veniente Meffia:  
quod & in Bereith Rabba diserte scriptum est. Sed & Midrasch Thehillim scri-  
ptum habet, Israëlitæ ob scelerâ sua excidiſe facerdotio, atque id ad gentes trans-  
iisse, quod jam superius à me notatum est. Addam hic etiam, horum temporum Ju-  
daeos palam fateri, jam nullos sibi supereſe facerdotes, multos quidem Levitico ge-  
nere le prognatos ferre, sed legitimus instrumentis genus suum approbare non posse;  
proindeque etiamſi suum sibi restitueretur Templum, ſe haudquaquam sacrificatu-  
ros, ut qui non habeant כָּרְבָּא, oraturos tantum, unumque sibi laudis sacrificium esse  
concessum.

## CAPUT CLXIII.

## Excidium Hierosolymitanum.

PSALM. 68. 25, & seq. Effunde ſuper  
eos iram tuam, & furor ire tue comprehen-  
dat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in  
tabernaculis eorum non ſit qui inhabebit: quo-  
niam quem tu percuſſisti, perfecuti ſunt; &  
super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Isa. 6. 8, & seq. Et audivi vocem Do-  
mini dicentis, Quem mittam? & quis ibit  
nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et  
dixi, Vade, & dices populo huic, Audite  
audientes, & nolite intelligere; & videte vi-  
ſionem, & nolite cognoscere. Excœca cor po-  
puli hujus, & aures ejus agrava, & oculos  
ejus clade, ne forte videat oculis suis, &  
auribus suis audiat, & corde ſuo intelligat,  
& convertatur, & ſanem eum. Et dixi, Uf-  
quequo Domine? & dixi, Donec deſolentur  
civitatis abſque habitatore, & domus ſine ho-  
mine, & terra relinquatur deserta.

Isa. 25. 1, 2. Domine Deus mens es tu,  
exaltabo te, & conſitebor nomini tuo: quoniam

MATTH. 23. 38. Ecce relinquetur va-  
bis domus vestra deserta.

LUC. 19. 41, & seq. Et ut appropinquauit,  
videns civitatem fleuit super illam, dicens;  
Quia si cognovifſes & in, & quidem in hac  
die tua, qyse ad pacem tibi, nunc autem abſ-  
condita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies  
in te, & circumdabunt te inimici tui vallo,  
& circumdabunt te, & coangulfabunt te un-  
diue, & ad terram proferuent te, & filios  
tuos qui in te ſunt; & non relinquent in te  
lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoveris  
tempus viſitationis tue.

Josephus De bello Judaico, libr. 7, cap.  
47. ἐάλω μὴ διος ἵεσσοντας, ἵε δο-  
τηρος ἡ οὐατανάνθη ὑγμονίας, πορπιαν  
μένος ὀλόδη. Sic quidem capta est Hiero-  
ſolyma, anno ſecundo imperii Veſſianī, oſta-  
vo die mensis Gorpiſi.

Suetonius in Tito, cap. 5. Novifſima  
Hierosolymorum oppugnatione, duodecim pro-